



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm, In Tertiam Partem
Divi Thomae. Tomi Qvinque**

Mysteria Vitæ Christi, Et Utrivsqve Adventvs Eivs Accurata Disputatione Ita
complectens, vt & Scholasticæ doctrinæ studiosis, & Diuini verbi
Concionatoribus vsui esse poßit

Suárez, Francisco

Moguntiaë, M.DC.XVI.

5. Quale sit futurum eius regnum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94022)

Antichristi, & prædicatorum eius, ac pseudopphetam illum, de quo fit mentio in eodem libr. Apoca. ca. 19. de quo etiam ibidem dicitur, *fecit terram & habitantes in ea adorare bestiam primam*, id est, Antichristum, & postea subditur, hanc posteriorem bestiam crexisse imaginem, seu effigiem Antichristi, & coegisse homines, ut eam adorarent, & ad hoc aliud etiam signum effecisse, scilicet ut imago bestie loqueretur. Vnde conuincimus Antichristum non solum per seipsum, sed etiam per alios effectuum signa ad suam doctrinam suadendam. Et propterea fortasse in plurali dixit Christus Matth. 24. *Dabunt signa & prodigia magna, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi*. Et ideo erit illa tentatio omnium grauissima propter multitudinem & magnitudinem signorum, ut notauit Greg. 32. Moral. c. 12. & li. 33. c. 20. & 21. & Ild. lib. 1. de summo bono. c. 28. Nam olim (inquit) faciebant miracula Martyres, tunc autem videbuntur facere ipsi persecutores. Et eleganter Aug. Psal. 9. tractans illa verba. *Infiatur in occulto, quasi leo in spelunca sua*, ubi per leonem in spelunca, Antichristum intelligit, in quo vis & dolus operabitur, cuius persecutio superest, quia nihil est periculosius, quoniam violenta, & fraudulenta erit. *Vim habebit in imperio, dolum in miraculis*. Dices, Videtur esse contra suauem diuinæ providentiæ gubernationem, ut permittat fieri tam stupenda signa in confirmationem falsitatis. Tum quia hoc videtur esse permittit tentari homines ultra id, quod possunt: tum etiam, quia hinc potest labefactari fides diuinorum miraculorum, quia semper formidari poterit, an falsa sint. Respondeo non esse contra ordinem diuinæ providentiæ, tum quia hæc permissio effectus erit diuinæ iustitiæ in vindictam incredulitatis Iudæorum, & aliorum peccatorum, quæ illo maxime tempore multiplicabitur, ut ex Matth. 24. & ex aliis Scripturæ testimoniis supra citatis aperte colligitur. Vnde Cyrill. Ierosol. supra, *Fraternum* (inquit) *odium locum dabit Antichristo, præparat diabolus schismata populorum, ut tanto facilius hostis recipiatur*. Deinde erit etiam effectus diuinæ misericordiæ, ut Sanctorum fides, & constantia magis crescat, & eluceat. Neque erit tentatio supra humanas vires diuina gratia adiutas, præsertim cum ob hanc causam hæc omnia prædicta sint, ut falsus Christus à vero, & similiter falsa signa à veris miraculis discerni possint, ut notauit Athan. q. 29. ad Antiochum, & Cyril. supra.

SECTIO V.

Quale futurum sit Antichristi regnum, quibusque modis obtinebit illud.

Primum omnium Antichristum futurum esse Regem, magnumque Monarcham aperte colligitur ex Daniel. 7. & 11. capite, supposita communi interpretatione Sanctorum, qui de Antichristo ea loca intelligunt. Cap. enim 7. explicatur, cornu illud paruulum quod Antichristum significare diximus, ijs verbis, *Cornua decem, decem Reges erant, & alius consurgit post eos, & ipse potentior erit prioribus, & vires Reges humiliabit*, & cap. 11. de eodem Antichristo dicitur. *Et faciet iuxta voluntatem suam Rex: erit ergo absque ulla dubitatione Antichristus rex temporalis*. Secundo est certum, Antichristum non habiturum aliquod regnum iure hereditario, sed habiturum potius humilem originem: & paulatim, ac fraudulenter regnum occupaturum. Hoc significauit Damasc. dicto c. 27. illis verbis, *Ex fornicatione itaque nascetur, & clam educabitur ac repente insurget, caputque attollet, atque imperio potietur*, & Cyril. dict. ca. 15. dicens, *Antichristum per magicum maleficium deceptorum gentes, & Romanum imperium usurpaturum*. Clarius

A Hier. Dan. 11. de Antichristo sic scribit, *Qui consurgere Hieron. habet de modica gente, id est, de populo Iudæorum, & tam Dan. 11. humilis erit, atque despectus, ut ei non detur honor regius, & per insidias, & fraudulentiam obtineat principatum*. Quod colligit ex illis verbis Danielis, quæ de Antichristo interpretatur. *Et stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius, & veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia*. Atque idem colligi potest ex c. 7. & 8. ubi, propter humile principium, per cornu paruulum Antichristus significatur. Nam licet hæc possint de Antiocho intelligi: tamen multo verius creduntur implenda in Antichristo, cuius Antiochus typus erat. Denique addi potest coniectura. Nam (ut diximus) Antichristus ex Iudæis orietur, qui nullum regnum, aut imperium possident: sed per vniuersum orbem dispersi, & abiectissimi sunt, neque ullam spem habent sceptri & imperij vsque ad Antichristi tempora. Nam (ut Hieron. ait Dan. 11. circa illa verba, *Faciet, quæ non fecerunt patres eius*) nullus Iudæorum absque Antichristo regnauit.

Tertio dicendum est, Antichristum per dolum ac fraudem inceptorum regnare Babylone, & inde pugnatum cum alijs regibus, & tres potissimos debellaturum, ac tandem septem alios, & vniuersum orbem sibi subiugaturum. Hæc assertio magna ex parte colligitur ex Scriptura, & probabilibus coniecturis ex ijs, quæ in Scriptura dicuntur. Et in primis, quod regnum Antichristi inchoandum sit Babylone multi colligunt ex illis verbis Zachar. 5. *Et leuauerunt amphoram inter terram, & celum, & dixi ad Angelum, qui loquebatur in me. Quos isti deserunt amphoram? & dixit ad me, ut adificetur ei domus in terra Senaar: & stabiliatur, & ponatur ibi super basem suam, ubi Septuaginta legunt, in terra Babylonis*. Quia (ut Hieron. notat) Senaar campus est Chaldæorum, in quo extructa est Babylon. Genes. 10. 11. & 12. Significata autem est in illa visione (ut Rupert. ibi notat) impietas, & incredulitas Iudæorum, & supplicium diuinum, quod sustinent. Quia videlicet nec terra sua capit eos: nec celum admittet eos. Quod supplicium vsque ad finem mundi, & Antichristi aduentum durabit: tunc autem ædificabitur eis domus Babylone, quia ibi Antichristum pro Melsia recipientibusque regnare incipiet. Quod etiam verisimile sit ex sententia eorum Patrum, qui dicunt Antichristum nasciturum Babylone. Deinde quod initium huius regni futurum sit per dolum, ac fraudem, asserunt Hieron. Cyril. Damasc. & alij supra citati. Et per se est verisimile: quia non est obtinendum iure hereditario, neque etiam in principio potest comparari per potentiam, & vim, nisi fingamus solum dæmonem illaturum bellum hominibus pro Antichristo, ut illi per vim regnum obtineat quod posset facile fingi, si dæmones in corporibus assumptis pro illo pugnaret. Sed non oportet hæc sine fundamento fingere, præsertim cum dæmon non tam intendat homines per vim debellare, quam decipere, & in errorem inducere. Prius ergo, quam Antichristus per vim homines aggrediatur, aliquos per fraudem sibi adiungat, præsertim Iudæos, ut supra dictum est. Hæc autem fraus non solum consistet in falsa doctrina supra explicata: sed etiam in promissionibus temporalibus, quas Iudæi potissimum expectant, & (quod caput, & maximum robur illius) ingentibus diuitijs abundabit, & amplissimis largitionibus facile infinitam hominum alliciet multitudinem. Quia (ut dicitur Dan. 11.) *Dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Aegypti*. Vnde Ansel. in Elucidario ait, *quod industria demonum, omni pecunia occulta, erit ei manifesta: siue sit in mari, siue in reconditis terræ sinibus*. Imo fortasse etiam mineralia auri, & argenti virtute dæmonum elaborata, omnia illi offerentur, & vsui erunt ad imperium obtinendum. Atque hoc modo tantum crescat in initio regni sui, ut potentior fiat quolibet alio

Dan. 7. alio rege: sicut enim de illo dicitur Dan. 7. Cornua decem, decem reges erunt, & alius conſurget poſt eos, & ipſe poſterior erit prioribus. Additur verò ſtatim, Et ipſe tres reges humiliabit, ex quo colligimus non iam fraudibus, aut donis: ſed potentia, & vi, illa tria regna obtenturum. Vnde ibidem dicitur: Tria de cornibus primi euulſa ſunt, & facie eius. Significat autem Dan. cap. 11. illa tria regna futura, regnum Egypti, Lybiæ, & Æthiopix. Sicut enim dicit, & mittet manum ſuam in terras, & terra Egypti non effugies, per Lybias quoque & Æthiopiam tranſibit. Quibus locis di notant Hieronymus, & Theod. & Iren. lib. 5. c. 25. & Cyrill. dicta cap. 15. & Laſtanti. libr. 7. c. 16. Qui omnes addunt cæteros ſeptem Reges (ſive illi in hoc certo numero futuri ſint, vt eſt maxime probabile, ſive per illos vnuerſitas Regum, & Principum ſignificetur) ſubdendos Antichriſto tanquam ſupremo Monarchæ, & Imperatori. Quod non obſcure colligitur ex cap. 17. Apocalyp. illis verbis, Decem cornua, qua viſiſti, decem Reges ſunt. Hi vnum conſilium habent, & virtutem, & poteſtatem ſuam beſtiæ tradent. Cap. etiam 13. deſcribitur poteſtas Antichriſti tanquam ſuprema, Data eſt illi poteſtas in omnem tribum, & populum, & linguam, & gentem, & ſimiliter Dan. 8. De vno autem ex eis egreſſum eſt cornu vnum modicum, & factum eſt grande contra meridiem, & contra orientem, & contra fortitudinem. Loquitur autem de Antichriſto. Nam de illo ſtatim ſubdit, ablatum iuge ſacriſcium. Obtienebit ergo Antichriſtus vniverſalem Monarchiam, quam Romani obtinebant: & hanc (vt ſupra dixi) interpretantur Patres Græci, eſſe defectionem Romani Imperij, de qua

Obiectio. Dices, Quomodo poterit Antichristus tam breui tempore vniuersum orbem subiugare, præsertim quoad regiones remotissimas Indiarum, vel similes. Respondetur, quamuis tempus Antichristi post Monarchiam comparatam, quod erit proprie tempus persecutionis Ecclesiæ, futurum sit breue (vt supra diximus) tamen tempus bellorum eius non constat futurum a deo breue. Quia ignoramus, quæ erate incipiet regnare, & quæ morietur. Deinde, cum dicitur regnatura in vniuerso orbe, non est necesse intelligi de omnibus prouincijs mundi: sed de Romano imperio veteri, atque de ijs prouincijs Asiæ, Africæ, & Europæ, in quibus fides, & Ecclesia diutius viguit. Præterea etiam priori modo intelligatur, non erit factum difficile, præsertim, cum neque copia auri & argenti, neque demonum industria defutura sit. His enim duabus aliis facile erit vniuersum mundum peragrarè. Non quod necesse sit, Antichristum per seipsum omnia loca lustrare: sed per duces, & ministros. Quin potius arbitror (& colligi potest ex dictis testimonijs Daniel. & Apoc.) non fore illi necessaria bella, & exercitus ad omnia regna subiuganda: sed summa facilitate, & velocitate debellaris illis tribus prioribus regnis sibi viciniorebus, ita eius fama, potentia, atque diuitijs terrendos esse reliquos reges, vt facile illi subiciatur.

Quarto dicendum est, Antichristum præcipuum
sedem Monarchiæ suæ Ierosolymis collocaturum,
vbi in Ierosolymitano templo æs infansatur fœdat,
& tanquam Deus adoretur. Hæc est sententia Pa-
trum omnium, qui de Antichristo scribunt, quos se-
pe citat, & statim necesse erit eos indicare. Colligi-
t autem ex duplici loco scidetur. Prior est 2. ad
Thess. 2. Ita vt in templo Deo sedeat, ostendens se tanquam
fit Deus. Quanquam enim Patres interdum alijs mo-
dis metaphoricè interpretentur templum illud: ta-
men sensus maximè proprius, & literalis esse vide-
tur, vt de templo Ierosolymitano intelligatur, vt ex-
ponunt Iren. Cyri. Iero. & Damasc. citatis locis, & Se-
uer. Sulpitius ex sententia S. Martini in li. 2. dialog. &
Sedul. 2. ad Thess. 2. & Hippol. dicta orat. de consum-
matione mundi, & Orig. tract. 29. in Math. qui addit, in sensu
spirituali per templum diuinæ Scripturæ intelli-
gi.

A
seim. verò t. ad Thesla. 2. animas hominum exponit:
in quibus Antichristus federe studebit, vt Deus, à
qua expositione parum discrepat aliorum interpres-
ratio, qui per templum Dei, Ecclesiam intelligunt, vt
Hieron. dicta q. 11. ad Aliai. Ecclesia enim nihil aliud
est quam ipsi fideles. Alii vt Chrysost. Oecumen. &
Græci per templum intelligunt Christianorum Ec-
clesias, seu templa. Deniq; August. 20 de Ciuit. ca. 19.
probabile putat, per templum non significari locum
in quo Antichristus sedeat, vt Deus: sed significari
ipsam Antichristum cum suo populo. Atq; ita non
esse legendum, Vi in templo, sed, Vi in templo Dei se-
deat, (prout habent Græca) & sensus sit, Antichristus
fleurum, vi templum, id est, vi Ecclesiam, ac ipse cu-
sus esset versus populus Dei. Quae expositio inter o-
mnes magis displicet. Quia neq; cum verbis ante-
cedentibus, nec cum sequentibus, connecti potest.

B
Etenim, quæ præcedunt, sunt, Extollitur supra omnia
quod dicitur Deus, aut colitur, ita vt in templo Dei sedeat.
Ex hoc autem, quod prædicto modo, sedeat in tem-
plum Dei, non sequitur, quod se extollar supra Deū.
Omnes enī hæretici contendunt in iplis esse Ec-
clesiam Dei, atq; adeo sedent in illo sensu in templum
Dei: & tamen non se extollunt supra omnia, quod di-
citur Deus, vt Paul. loquitur. Sequentia autem verba
sunt, Offendens te tangam sicut Deus: si autem solum fe-
deret, vt templum Dei, non se offenderet Deum. Recte
ergo noster interpretes vertit, in templo Dei. Nam li-
cer Græce sit, ἐπὶ τοῦ θεοῦ, tamen iuxta Græcum idiō-
ma eadem est significatio, quæ cum aliis etiam lo-
cis Scripturæ magis consentit, vt iam dicam. Posita
autem hac lectione, probabilius est, templum ibi su-
mi pro templo materiali, & sensibili: nam hæc est

C
natina significatio, quæ cum propriè saluari possit,
non est necesse metaphoricè exponi. Templum au-
tem Dei eo tempore quasi per antonomasiam dice-
batur templum Ierosolymitanum, vt patet ex Luc.
vltim. Act. 3. & 7. & sæpe alias. cum enim tunc non
domus esset erecta, & dicata Christianorum templa,
solum Ierosolymitanum singulariter dicebatur tem-
plum Dei. Verissimilius ergo est, de hoc esse loquutū
Apostolum. Præterea, quia hæc videtur esse abomi-
natio desolationis, de qua prædixit Daniel c. 9. Et erit
in templo abominatio desolationis, abominationem enim
vocat Antichristum propter abominanda eius sceler-
a, desolationis autem, ob atrocem persecutionem.
Ita interpretatur Iren. lib. 5. con. hæres. c. 25. & Orig.
dicto tract. 29. in Mat. Quamvis enim ille locus alias
habet interpretationes, & præsertim illam August.

D
epist. 80. qui eum locum intelligit de exercitu Ro-
mano circumdato Ierusalem, vsque ad desolatio-
nem eius tempore Titi, & Vespasiani, quia & con-
textui Danielis hæc videtur facile accommodari, &
de illa videtur loquutus Christus Marth. 24. dicens:
Cum videritis abominationem desolationis, sedentem in
loco sancto, quæ dicta est à Daniele Propheta, qui legis in-
telligat, licet hoc (inquam) ita fit: nihilominus non
videtur reiicienda interpretatio Patrum, qui de An-
tichristo hæc intelligunt. Sic enim verba Christi in-
terpretatur Hilar. can. 25. in Matth. & Amb. lib. 10. in
Luc. c. de signo appropinquantis desolationis, qui ad
literam hoc intelligunt de Antichristo sedente
E
in Ierosolymitano templo. Neq; alij Patres hanc sen-
tentiam reiiciunt, vno, vel alio excepto, quamuis
addant, Antichristum non solum sessurum in
templo Ierosolymitano: sed etiam in Ecclesia Chri-
sti seu in Ecclesijs Christianorum. Quod quatio-
ne intelligendum sit, in sequenti sectione explica-
bimus.

Hieron.
Chrysoſt.
Oecumen.
August.

Luc. 24.
Act. 3. 69

f Dan. 9.
 n
 -
 .
 g. Iren.
 s Orig.
 . August.

6: *Matth. 24*

1 Hilar.
i Ambro

- Obiectio:
e Dan. 9.
- Responsio:

tempora templum instaurandum non est. Deinde etiam tunc non proprie instaurabitur, non solum materialiter, quia fortasse tam breui tempore non integrè & perfectè: sed utique reedificabitur, sed etiam formaliter (quo ad rem maximè spectat) quia non instaurabitur in templum veri Dei, sed in sedem Antichristi. Nam licet fortasse in principio, ad decipiendos Iudæos, Antichristus simulaturus sit se velle instaurare templum in cultum Dei (vt Cyrill. Ierololim. supra notauit) tamen re vera, & ex animo non id faciet, nisi ob gloriam suam, & vt ipse in eo colatur & ita semper manebit desolatio, & abominatio desolationis vsque ad finem. Dices: Quomodo ergo Paulus vocat templum Dei, & Christus locum Sanctum illum, qui ad solam superstitionem Antichristi instaurandus erit? Respondetur, appellasse illum locum à primæua eius institutione & dedicatione. Fuit enim ille sanctus, & in templum Dei electus, licet fuerit prophanatus. Ex his ergo constat Antichristum sessurum Ierololymis tanquam in primario, ac regio loco, quem potissimum eligit vt ibi colatur.

Rursus quod diutius ibi sessurus sit, colligi potest ex Apocalyp. 11. vbi aperte dicitur Eliam, & Henoch fore occidendos ab Antichristo Ierololymis, vbi Dominus eorum crucifixus est. Cum ergo Elias & Henoch mittendi sint, vt Antichristo resistent, & Ierololymis prædicaturi sint, ibidemque morte sua testimonium redditori veritatis, quam prædicauerunt, signum manifestum est, ibi potissimum sessurum Antichristum, eamque futuram esse quasi radicem, & cathedram falsæ doctrinæ, ac persecutionis eius. Scio Hieron. epist. 17. ad Marcel. locum hunc de mundo, & non de Ierusalem interpretatum esse, ductum studio laudandi, & honorandi Ierusalem, ad quam Marcellam inuitabat: tamen literalis sensus est, quem diximus, quem omnes interpretes sequuntur. Neq; obstat, quod obijcit Hieron. supra, quod Ierusalem eo loci Sodoma vocetur, quando quidem principes eius, principes Sodomorum dicuntur Isa. 1. Deniq; ex ijs, quæ diximus, Antichristum futurum esse genere Iudæum, & in Iudæis maximè esse negaturum, statim credibile fit, eum potissimè instauraturum ciuitatem Patrum suorum, de qua, ac de templo suo ipsi maxime gloriantur. Vnde etiam fit, vt vel ob hanc causam in eo potissimum colli loco, & honorari studeat. Potest hoc etiam confirmari, quia, (vt postea videbimus) Sancti docent, Antichristum fore occidendum in monte Oliueti: ergo signum est ibi potissimum esse regnaturum, vt etiam Theod. & Hieron. colligunt ex Dan. 11.

Contra hanc verò sententiam, hæretici huius temporis (solum, vt contra Apostolicam sedem blasphemant) fingunt Antichristi sedem in Romana ciuitate esse futurum, cum nullo id fundamento niti queat, & potius ex Apoc. 17. colligi possit: Vrbem, vel iam antea euersum iri adueniente Antichristo, vel certe ab ipso, & ministris eius esse euerendam.

SECTIO VI.

Qualis sit futura Ecclesiæ persecutio sub Antichristo, & quis finis, ac consummatio eius.

Primo certum est, Antichristum persecuturum esse Ecclesiam, & fideles, ac Sanctos acerbius, & crudelius, quam ab vilo vnquam tyranno tentari, aut affligi fuerint. Hoc de fide est: at enim Christus Matth. 24. Erit tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi, vsque modo, neq; fiet. Et de hac tribulatione dicitur Dan. 7. Et ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & preualebat eis: Et infra, Sanctos altissimi conteret: & putabis, quod possit mutare tempora & leges, & traduntur in manu eius vsque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis. Idem colligitur ex cap. 8.

A & 11. & 12. quorum verba omitto ad prolixitatem & 12. vitæ adam, licet grauissima sint, & statim illa attin- gemus. Præcipue verò Ioan. Apoc. 20. hanc atrocem persecutionem describit, dicens, Cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & ex- ibit, & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos ter- ra Gog, & Magog, & congregabit eos in prælum, cuius nu- merus est sicut arena maris, & ascenderunt supra latitu- dinem terra, & circueverunt castra Sanctorum, & ciuita- tem dilectam, id est, vniuersam Ecclesiam, vt expo- suit Augustinus 20. de Ciuitate capite vndecimo, Lactant. lib. 7. c. 24. & sequentibus. Cauendus tamè est error illius, & aliorum Chiliastarum intelligentium hunc locum non de persecutione Antichristi, sed de alia, quam existimarunt passuros Sanctos post mille annos felicitatis huius vitæ, quam non dicunt esse persecutionem Antichristi: hanc enim ante mille an- nos antecessuram sentiunt. Quæ sententia & in erro- re fundatur, & aperte repugnat Euangelio Matth. 24. & 25. & alijs testimonijs Scripturæ, quibus supra probatum est, statim post Antichristi mortem, futu- ram esse mundi consummationem. Hinc enim ne- cessario fit, Antichristi persecutionem futuram postre- mam: non ergo potest ille locus de alia posteriori persecutione intelligi. Neque etiam potest exponi de persecutione aliqua, quæ persecutionem Anti- christi antecesserit, vel antecessura sit, quanquam id insinuet Ambros. lib. 2. de fide c. vltimo, in fine, per Gog, Gothos intelligens. Quia Ioannes dicit, illam persecutionem futuram post mille annos, id est, in fine durationis Ecclesiæ, vt supra exposuimus. Vn- de etiam dicit, post illam persecutionem, vniuersa- lem resurrectionem statim futuram: necesse est ergo intelligi de persecutione Antichristi. Est autem in illis verbis Ioannis obscurum, quid per Gog, & Ma- gog, intelligatur. In quo laborant Aug. dicto c. 11. lib. 20. de Ciuit. & Hieron. Ezech. 38. & 39. Sed non est nostri instituti in hoc immorari, lege Franc. Riber. in id c. Apoc. Denique ait Ioannes, ad commouen- dam, & concitandam hanc persecutionem solu- dum esse Satanam, qui vsque ad illud tempus liga- tus fuerat, vt significet, tanto fore persecutionem illam diuorem, quanto magis potest aliquis nocere solutus, quam ligatus, lege August. 20. de Ciuitat. cap. 8. & 9.

Secundò dicendum est persecutionem hanc non tantum futuram esse temporalem, sed etiam spiri- tualem, atque ita tam in prauo fine persecutorum, quam in medijs fore acerbissimam. Explicatur, & probatur. Quia in primis certum est, hanc persecu- tionem, quæ per modum prælij in dicto loco Apo- calypsis describitur, non esse præcipue futuram ad vsurpanda temporalia bona, nec propter hunc so- lum finem inferenda bella, & temporalia damna, quæ illam consequuntur (talis enim perfectio non esset magni momenti cum alia comparata) erit ergo, auertendum homines à fide, & vero Dei cultu, vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Hanc igitur vocamus spirituales persecutionem ex par- te finis, & prauæ intentionis persecutorum, nocu- mentique illatijs, quos in persecutiōe vicerint. Deinde ex hoc cap. erit grauissima persecutio. Pri- mo, quia cogentur fideles negare Iesum esse Chri- stum, aut Dei filium. Secundo cogentur, & Dei cultum omnesque ritus, ac caeremonias Christianas deferere, propter quod Daniel. 12. dicitur, eo tem- pore auferendum esse iugum sacrificium, quod de tem- pore Antichristi intelligunt ibi Hieron. & Theod. Iren. & Hippol. locis supra citatis, quo tempore om- nem cultum diuinum, qui à Christianis exhibe- ri solet, cuiusque suprema pars est sacrificium Eu- charistiæ, ad quod cætera omnia referuntur, ces- saturum dicunt persecutionis acerbitate, & violen- tia. Tercio (quod grauissimum est) cogentur verum Deum abnegare, noliq; supremo nomini cultum exhi-

Persecutio
Ecclesiæ sub
Antichristo
omnium a-
cerbissima.
Matth. 24.
Dan. 7.

Dan. 8. 11.

Apoc. 20.

August.
Lactant.

Matth. 24
& 25.

Ambros.

Gog, & Ma-
gog, quid
August.
Hieron.

August.
cap. 8. & 9.

Antichristi
persecutio
temporalis
& spiri-
tualis
Matth. 24.

Dan. 12.

Hieron.

Theod.

Iren.

Hypolyt.